



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

L[e]c[t]io ij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

etoz qz verbo concepti. audiuit et obediuit. custodiuit verbum quod sibi a domino per angelum transmissum est non maculatus est venter. sed concepit verbum suscipiendo sapienter. Audiuit. obediuit. custodiuit. et mater dei effecta est. Sanctum in ventre portasse laudis est. verbum dei audiuisse custodisse. et ex spiritu sancto conceptisse laudabilius merito prestantius est. *Alia fescia*

S Inscis. *mu/ria* *Lco I*
 Sicut mater mea beatissima est. non solum beata quia fecit sibi magna qui potens est Transmisit enim pater me verbum suum in illam sanctam uterum beatum quia ventrem quia obediuit angelico verbo et de spiritu sancto concepit. et conceptum custodiuit. nutrit. et conseruauit conferens in corde suo. Istam ergo quantum digna est si potes lauda. istam extollemulier quia similem non inuenies. Talis profecto laudanda est. que sola super omnes electa est et post ruinam: mei gratia sola immaculata concepta

L auda tu istam *Lco ij.* est. quia laudat eam in portis opa eius excludit omnes ab ista viuente actuali macula. excludit igitur et tu mente originali. Audi Augustinum dum in iulianum clamat hereticus

Profecto inquit si christus minor existens originale peccatum habuisset grandioris etate accessu actuali non caruisset. Sane quia maior existens actuali non habuit: minor existens originale non habebat. Plenus igitur gratia christus. originali macula infectus. actuali culpe resistere non poterit. et eius ancillam iam restituisse datur.

Lectio Tertia.

Lege mulier tuum canticorum librum. Vide si mater mea ab omni vitio sensuum sit exclusa: siue hos dixeris interiores siue exteriores seu minutas cogitationes inspexeris. Sancta quippe viscera: sancta porta. sancti postes ostij. beatus qui obseruat. qui dicit. qui confiteretur. postes hostij. principium conceptionis sue immaculatum. Sancta quippe dum concipitur. Sancta dum mundi portas intrat. Sancta in utero. Sancta extra uterum. Sancta in operibus. Sancta videndo. dum audit. dum gustat. dum tangit. dum loquitur et tacet. Sancta in habitu. Sancta domi et foris nihilque indignatum in ea.

Lectio prima.

Quam esset rex in accubitu suo nardus nostra dicit odorem suauitatis desecere adhuc me filio in sinu celestis patris. nardus humilis satis